



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 24. Congregatio Jesuitissarum ab Urbano VIII. Pontifice suppressa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

suitas postulata admisit, rataque ha- Sæc. XVII.  
 labem buit: Facultas vero quosdam se legit A. C. 1631.  
 decim Doctores, qui in Romana Curia age-  
 cclesi e alia rent, ne Jesuitæ circa hunc contra-  
 ta A etum dispensationem a Pontifice ex-  
 iam 0 torquerent.

## §. XXIV.

*Congregatio Jesuitarum ab Urba-  
 no VIII. Pontifice suppressa.*

Sedente Mutio Vitelescho Generali *Bullar.*  
 Societatis Præposito suscitabatur Je- *magn. Ur-*  
*mpro* *ban. VIII.*  
*mperti* *Conf. 110.*  
*er gra* *debet Mariæ de Ward, & Tuittiæ, & Bene-*  
*lli ce* *quæ in Anglia quasdam Virgines con-*  
*sacrum* *dicti XIV.*  
*icit que* *gregans, novum Institutum, cui ab* *Conf. 8.*  
*Parifus* *originis loco Anglicarum Virginum no-*  
*od pu* *men hodiedum est, erigere statuit: Abrege de*  
*athedr* *Postquam vero Warda unacum suis se- l'hist. Eccl.*  
*tit Do* *quacibus ex Angliæ Regno exulare ju- t. 10. p. 10.*  
*este le* *bebatur, anno Christi millesimo sex-*  
*helium* *Inigo l. 7.*  
*die de* *centesimo nono Audomaropoli pluri-*  
*de hot* *marum Virginum convictum aperuit; in una Au-*  
*s que* *demumque sedem in Germania fixit, a* *Bened. XIV.*  
*petiti* *Maximiliano I. Bavariæ Electore per-*  
*no po* *benigne excepta, breve temporis* *anno 1747.*  
*Sena* *intervallo plures domos citra ullam* *Heliot. Hist.*  
*eræ Fa* *Sedis Apostolicæ approbationem in* *des Ord. Re-*  
*culta* *Collegiorum normam erexit, ac mo-* *lig. part. 5.*  
*G g 2* *deratore P. Gerardo Leodiensis Colle-* *c. 6. t. 7.*  
*gii Rectore usq; Leodii, Treviris, Co-* *pag. 491.*  
*loniae,*

Sæc. XVII. loniæ , imo & in non paucis Italiæ locis Institutum suum propagavit: Vocabantur Jesuitissæ , partim quia a Societate Jesu in Spiritus sui directio dependebant , partim quod illarum Constitutiones, totaque Instituti sui ratio admodum consona esset Societas legibus; quippe præter vestitum nigrum suas ædes in Novitiatus, & Probationum domus necnon Collegia distribuebant, creabant quoque Generalem Præpositam, Visitatrices, Rectrices &c. in quarum manibus obedientia paupertatis, & Castitatis vota nunc pabant, addita singulari hac institutio lege , ut nullo clausuræ fræno restricte in Angliam, aliasque regiones & ubes pro libitu divagarentur, eo fine ut hujus Regni, aliorumque Protestantes ad Ecclesiæ Romanæ fidem redicerent, Puellasque in pietatis exercitiis, aliisque sui sexus laboribus infiterent. Regnante Gregorio XV anno hujus Sæculi vigesimo primo Maria Wartha Romam venit, instituti confirmationem a Sede Apostolica impetratura: tertio autem post anno, dum Cleri Anglicani Procurator ex novo instituto ingens Missionibus detrimentum accedere querebatur, hujus caussæ discussio Millino Cardinali commissa est; ubi vero hæ Virgines incor

sulto Clesflio Cardinale Episcopo Vien- Sæc. XVII.  
næ ejusmodi Domum aperuerant, eo A.C. 1631.  
Romam questum recurrente, Cardina-  
lium negotiis fidei propagandæ præpo-  
sitorum Congregatio, annuente etiam  
Urbano VIII. decrevit, ut Apostolicæ  
Sedis Nuntiis præfati Instituti eversio,  
erettarumque domuum extirpatio &  
suppressio demandaretur, simulque So-  
cietas Generali injunctum, ut harum  
Virginum directionem, suis subditis  
omnino interdiceret. Porro vi hujus  
decreti plurima ejusmodi Collegia non  
modo in Germania, sed & in Italia  
fuere suppressa, resistente autem Maria  
Urbanus Papa totius negotii cognitio-  
nem ad Congregationem Cardinalium  
sancti Officii remisit, ex cuius judicio  
ac sententia idem Pontifex die decima  
tertia Januarii hanc Jesuitissarum Con-  
gregationem perpetuo penitusque abo-  
levit, omnesque earum Superiores suis  
Officiis exxit, votis solvit, inhibuitque *Vid. supra*  
sub anathematis poena, ne se pro Re- l. 188. t. 54.  
ligiosis haberent, aut alias deinceps §. 86. p. 467.  
Virgines ad hoc Institutum reciperent.  
Tam severæ sententiæ tum minime se-  
se opponebant Jesuitæ, veriti, ne tela  
non minus acuta in eos reciderent: pro-  
gressu autem temporis novum coaluit  
institutum quarundam Virginum, quæ  
in variis urbibus per Angliam, Bel-  
Gg 3 gium-

Sæc. XVII. giumque constitutæ passim Anglicanæ  
A. C. 1631. dicebantur. Harum particulares Con-  
stitutiones ad plurimum Germaniæ Pre-  
fulum Principumque preces Innoce-  
tius XII. approbavit, confirmavitque  
Clemens XI. Non tamen ideo quoru-  
dam cessabant molimina, qui clam  
Jesuitissarum institutum resuscitare in-  
tererent; cum enim in remotioribus  
locis adhucdum superessent Collegii  
quædam ejusmodi Virginum, quæ, ut  
fensus antiquum institutum innovarent.  
Præfulumque vigilantiam eluderent,  
mutato Jesuitissarum nomine sese An-  
glicanas Virgines nominarunt, tandem  
que anno millesimo sexcentesimo nona-  
gesimo tertio haud dissimulanter An-  
nam Barbaram Batorp Mindelheimen-  
fis Asceterii Moderatricem in Præpol-  
tam Generalem, reclamantibus alii  
eiusmodi Asceteriis præcipue Parisien-  
elegerunt, seque veras esse Religiosas  
ab Ordinarii jurisdictione exemptas  
contenderunt: Quamvis vero Sacra  
Episcoporum & Regularium Congrega-  
tio contrarium deciderit, Constituti-  
nibus tamen a Clemente XI. approbatis  
proprio arbitrio addidere quasdam de-  
clarationes, in quibus Maria Ward  
Anglicanarum Virginum Mater & Fun-  
datrix Venerabilis falso nuncupata,  
ipsarum institutum ad imitationem ja-  
nuit.

suitarum erectum dicitur, præter Su- Sæc. XVII.  
periorem localem Præposita Generalis, A.C. 1631.  
cui vota nuncuparent, designatur, soli  
Jesuitæ in Directores & Confessarios  
præscribuntur, totumque Jesuitissarum  
institutum, excepto solo nomine, in-  
novatur: quinimo non deerant non-  
nulli, qui hujus instituti similitudine,  
necnon Constitutionum approbatione  
decepti affirmarent, restitutum fuisse  
Jesuitissarum institutum, Urbanique  
Pontificis Constitutionem abrogatam:  
Nimis manifesta erat hæc transgressio,  
ut vigilantissimi Pontificis aciem effu-  
gere posset: accesserant insuper anno  
Christi millesimo septingentesimo qua-  
dragesimo sexto Hassiæ Landgravii  
querelæ, quarum occasione exactius  
discutiebantur præfatæ declarationes,  
novæque Constitutiones ab illis, quas  
Clemens XI. pro Monacensi cætu con-  
firmaverat, diversæ; offenderat arro-  
gata exemptio ab Episcoporum juris-  
dictione, prætensa Confessarios & Di-  
rectores e sola Societate eligendi liber-  
tas, necnon in publicis earum preci-  
bus cultus Mariæ de Warth proprio ar-  
bitrio introductus; quippe in earum  
Litaniis hæc verba: *S. Ignati fidelis Tu-*  
*tor Fundatrix nostræ*, necnon Litaniis  
omnium Sanctorum, e Societate Jesu  
nomina addita habebantur. Eapropter

Gg 4

idem

Sæc. XVII. idem Pontifex Benedictus XIV. editi  
A.C. 1631. Constitutione die trigesima Aprilis an-  
no Domini millesimo septuagintesimo  
quadragesimo nono Jesuitistarum institu-  
tum a Clemente XI. fuisse resuscita-  
tum, afferi, vel Mariam de Wart  
cultu publico vel Beatæ titulo, vel pa-  
nagyri, aut Missa votiva in ejus dia-  
obitns honorari, aut Anglicarum Vir-  
ginum Fundatricem nuncupari inhibuit  
declaravitque, Anglicanarum Virginum  
institutum nullo modo ad Jesuitistarum  
institutum pertinere, illas vero non  
esse vere Religiosas, sed duntaxat sim-  
plicibus votis obstrictas, Ordinariorun-  
jurisdictioni subjectas, atque ab eis  
Confessariorum deputatione depen-  
dentes.

§. XXV.  
*Reformationis executio apud Silesia  
& Bohemos.*

*Khevenh.* Novi Protestantium motus haud mo-  
*Annal. Ferd.* rabantur Ferdinandum Cæsarem  
*p. 1992. t. II.*  
*Lotich. rer.* quo minus immoto Religionis studio  
*Germ. l. 38. cap. 4.* subditos suos a sectæ tenebris ad veram  
fidei lumen revocare niteretur. Eo sa-  
me Henrico Baroni de Nebra, qui se  
premus in Schweidnicensi & Javareni  
Ducatu militiæ Præfectus erat, in man-  
datis dedit, ut Strigaviæ edictum po-